

¹⁴⁰
ANTONIVS VENERIVS
D V X L X I.

*Electus die 21. Octobris Anno 1382. atatis sue 64.
obiiit 23. Novemb. 1400.*

V E T V S E L O G I V M.

*Creta Praefectus Dux eligor; meque auctore unicus in vinculis damnatur
filius: & si triste, salubre tamen exemplum Iustitiae,
posteriori mandandum.*

LXII.



Ntonius Venerius natalibus clarus , ingenio amabilis, regimini assuetus , dignitate ipsum ambiente , non ipse dignitatem , ex Cretensi Prætura ad clavum accersitus Reipublicæ , electione cognitâ , per aulicum , illius Regni Ducam ad se evocavit ; sed quia Venerio , dignitatis iste prærogativâ præcederet sprevit vocantis imperium . Venerius verò remiso nuntio jussit , non ad Cretæ Præfectum , sed ad Venetiarum Principem accederet . Quo auditō Duxa simultate depositâ , quæ inter eos tacita